



## LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,  
vota Fratris Nostri  
Pauli Desfarges, S.I.,  
Archiepiscopi Metropolitae Algeriensis,  
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu  
multorumque christifidelium explentes,  
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,  
auctoritate Nostra Apostolica  
facultatem facimus ut  
Venerabiles Servi Dei  
**PETRUS LUCIANUS CLAVERIE, O.P.**, Episcopus Oranensis, et XVIII Socii,  
religiosi religiosaeque, martyres,  
fideles Evangelii praecones, humiles pacis auctores,  
insignes testes christianae caritatis,  
Beatorum nomine in posterum appellentur,  
atque die octava mensis Maii  
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum,  
die VIII mensis Novembris,  
anno Domini bismillesimo duodevicesimo, Pontificatus Nostri sexto.

*franc. de. car.*